



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

De Christiana Libertate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

CERTISSIMUM sit autem, efficaciam harum consolationium experiri conversos ad Dicunt in uera invocatione, item dictum: Inuoca me in die tribulationis, & eripi amte, & glorificabis me. Item: Petite, & accipietis. Item: Facit alienum opus, tunc opus proprium.

## DE CHRISTIANA LIBERTATE

QVOT SVNT GRADVS

Christianæ libertatis?

DOCENDI causa gradus distinguimus, & primum de nomine monemus. Cum Ecclesia in hac uita adhuc circumferat peccata, & sit subiecta morti & cruci, & affligatur a Diabolus, tyrannis, & finitimiis hominibus, & in imperijs oppresa sit tristis seruitute, uideret Ecclesia falso & stulte hanc gloriosam appellationem libertatis suae tribuere. Sed in tua est primum consummata libertas, cum post resurrectionem Deus erit omnia in omnibus saluatoris, id est, cum Ecclesia uiuer uita æterna, & fulgebit in ea Deus ipse, communiqueret suam lucem, sapientiam, iustitiam, lætitiam æternam, sine peccato, sine morte, sine ullis calamitatibus. HANC consummationib[us] bartatem intuentes intelligemus utrumque, hoc uocabulo magna & uera bona significari. Sed tamen incoari hanc æterna bona in hac mortal uita oportet. Et de incoatione & consummatione dictum est Ioan. 8. Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis. LIBERAT autem filius Dei duplenter: Merito & efficacia. Hinc sunt quatuor gradus libertatis in hac uita. 1. Primus est gratia, id est, liberatio a lege, & à condemnatione æterna, quod uidelicet certo dano resilio peccatorum, reconciliatio, imputatio iusticia propter medium rem, gratis fide, qua sit uiuificatio & liberatio ab æterna morte. Ad naturam hæreditas uitæ æternae. 2. Secundus gradus est cum proprie coniunctus, uidelicet: Donum per gratiam, id est, filii effigia in creditibus per Euangeliū, & per Spiritum sanctum, quæ efficacia est uiuificatio, id est, consolatio & incoatio uitæ æternae, iuxta hoc dictum: Hac est uita æterna, ut agnoscam te Deum uerum, & quem misisti Iesum esse Christum. 3. Tertius gradus est incoatio ueritatis, & Deus præsens per filium & Spiritum sanctum intercalatur regit, seruat & defendit Ecclesiam, & mitigat calamitates. Vt: Hec gradu libertatis liberi sunt tres uiri in fornace Babylonica, qui non sunt in medijs flammis, tamen non uruntur. Sic semper Ecclesia m[er]abiliter inter medias flamas seruatur. H[oc] t[unc] duo gradus comprehenduntur his dictis: Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, id est, reconciliatio, & uera ac æterna bona. Item Roman. 15. Gratia Dei, & donum per gratiam Iesu Christi in malo exire

ruberauit. 111. Tertius gradus, ut docendi gratia non subtiliter loquamur, est liberatio à ceremonijs & forensibus legibus Moy-  
si. Quod sic intelligatur: Cum iusticia, de qua proprie concionatur  
Evangelium, sit remissio peccatorum, & reconciliatio cum Deo, &  
consummata nouitas, quam in hac uita incoari oportet, sit ipsa  
nouua uita, in qua Deus erit omnia in omnibus, & colligatur Eccle-  
sia ex omnibus gentibus, non sunt alligati Christiani ad ullius gentis  
politiam. Sed possunt uti imperijs & legibus politieis, non pugnanti-  
bus cum naturali ratione, ubique uiuunt. Sicut spatij dierum  
dissimilibus uentur Christiani Venerijs & in Saxonia.

INGENS beneficium Dei fuit, quod Ecclesiae certam sedem  
dedit in politia Moysi annos mille quingentos octuaginta duos. Et  
ut hæc politia distincta esset à gentibus, certos ritus habuit: Quia  
Deus voluit notum esse locum, & notam gentem, ubi nascereatur, con-  
spiceretur, & audiretur Mefsias. IN T E R E A tamen ualde mul-  
titudinem ex gentibus uocati fuerunt ad agnitionem mediatoris, & ad  
nouam iusticiam, ut Nabuchodonosor, Cyrus, Cornelius, & alij. Hi  
invellexerunt aliud esse politiam Moysi, aliud reconciliationem &  
nouam lucem, & iusticiam in mente & corde. Hoc discrimen  
intelligi necessari est, quia semper fuerunt fanatici homines, qui stulte  
vociterantur: Forentes leges Moysi, quæ tamen non sunt iuris na-  
turalis, sed positivæ, nobis necessarias esse. Et multæ sunt impiæ  
sanctaria Pontificum & Monachorum de ceremonijs. Ut, in Moysè  
prohibitis sunt quidam cibi, Postea igitur si niles prohibitions hu-  
mana temeritate instituta sunt. Hoc negenda est consequentia:  
Quia uoluit Deus politiam Moysi distinctam esse à ceteris gen-  
tibus, ut esset certus & notus locus, & certa & nota gens, ubi nascere-  
tur mediator ubi ederetur testimonia de promissione, &c. Potesta po-  
litia illa horribili exemplo propter multas causas deleta est. Et quan-  
quam sepe tentata est restitutio, tamen Deus seditiones Iudeorum &  
novas adificationes oppresit. Ut, Bechoron triennio obfessa tandem  
ad Adriano expugnata & delera est, & intersectus est Ben, Cosban,  
Kochab. Tempore Iuliani terramoto disiecta sunt fundamenta noui  
templi, quod tunc cœperant ædificare, & simul multa millia Iudeo-  
rum ruinis oppressa sunt. Hæc alibi copiosius declarantur. 1111  
Gradus libertatis est liberatio à traditionibus humanis in Ecclesia,  
videlicet primum, quod nulli creature liceat instituere cultus Dei,  
aut aliquam legem contrariam legi diuinæ condere. SECUNDО,  
Etias in hac uita, cum uelit Deus honestos congressus publicos esse,  
opus est ordine temporum & lectionum, & Ecclesiae concessum est,  
tempora & lectiones distinguere: tamen hoc fiat sine opinione  
cultus, & sine opinione Necessitatis, & scient homines, ex*xxxi*

e. s. 14

758 DE CHRISTIANA LIBERTATE  
casum scandali tales ritus sine peccato omitti. Hae ergo  
breuissime tollit multas fallas opiniones de humanis traditionibus,  
qua & obscurant Euangelium de gratia, & de veris cultibus, & sine  
periculis carnificina conscientiarum, ut alibi copiosius dicit.

TESTIMONIA autem regulæ sint in conspectu. Hæc probabili-  
bent opinionem cultus: Match. 15. Frustra me colunt mandatis ho-  
minum. Et Ezechiel 20. In præceptis meis ambulare, non in præ-  
ceptis patrum vestrorum, &c. His dictis expresse probatur  
opinio necessitatis. Colossenses 2. Nemo nos inducit in cibo, pem-  
vicibus dierum festorum, &c. Et Galat. 5. In libertate, in qua Christus  
uos uocauit, state, & non iterum iugo servitus subjetamini.  
Nec condendæ nec intelligendæ sunt traditiones contra hanc doc-  
trinam in Euangilio traditam.

#### C O N T R A

Non minus debetur obediencia Ecclesiæ, quam potest politice,

Violatio politicarum legum est peccatum. Roma. n. Nullus  
est obediens, non solum propter iram, sed etiam propter  
conscientiam,

Ergo & violatio traditionum humanarum in Ecclesiæ, est peccatum.

RESPONDENTIUS primum ad maiorem: Ministerio Euangeliæ  
debetur obediencia, quatenus est ministerium Euangeliæ, non in aliis  
doctrinis aut legibus extra Euangeliæ. Quia ministerium Euangeliæ  
non habet potestatem condendi alias leges. Nec habet prohi-  
bitionem. Sed potestas politica habet duo mandata. Primum prohi-  
bendi legem diuinam Moralem, & exequendi penas. Alterum, ab-  
dendi ius positivum, id est, determinationes circumstantiarum, sed  
non pugnantes cum legibus diuinis, quæ ad nos pertinent.

RESPONDENTIUS est etiam ad minorem. Dissimile est  
Violatio legum politicarum est peccatum, quia hoc ita diuinum ser-  
citur est. Vult enim Deus corporalem vitam regi legibus Magistrum,  
& habere eos potestatem condendi alias leges. Con-  
tra vero expresse sanctum est in Euangeliæ, ne existimetur  
peccatum, violatio rituum, qui sunt ordinati ab Episcopis seu Patri-  
ribus. Quia vult Deus Ecclesiam tantum suo verbo regi, quo regi-  
tur iustitia & vita æterna. Non vult addi humanas traditiones. Ac  
semper in mundo creuerunt idola, cum hac perfusione hominum  
animi fascinati fuerunt, humanos ritus esse cultus, & esse res terribi-  
rias.